1e [illegible] 1823

1823
Theophile
MUIRON

À Monsieur Richard chevalier hermonville

son dévoué serviteur

E. Muron

CARISSIMÆ MATRI

NEC NON

REMENSI PHARMACOPOEO

DOMINO *JACOUT*

MIHI PRIMO DE ARTE PHARMACEUTICA MAGISTRO

GRATI ANIMI ET REVERENTIÆ PIGNUS.



T. MUIRON.

1823

JURY MÉDICAL

DU DÉPARTEMENT DE LA MARNE.

M.r Beclard, professeur de la Faculté de médecine de Paris, président du Jury médical, etc.

M.r Navier, docteur en médecine, à Reims;

M.r Adrien, docteur en médecine, à Châlons;

M.r Clauzet, pharmacien, à Châlons;

M.r Olivier, pharmacien, à Châlons;

M.r Permelet, pharmacien, à Reims;

M.r Jacout, pharmacien, à Reims.

SYNTHESES

PHARMACEUTICÆ ET CHYMICÆ,

A PROFESSORIBUS UTRIUSQUE SCHOLÆ

TUM MEDICÆ, TUM PHARMACEUTICÆ,

DESIGNATÆ ET PUBLICÈ EXPONENDÆ.



FERRI IN PULVEREM RESOLUTIO.

℞. Scobis Ferri splendentis, nitidæ et à sordibus perfectè mundatæ . . . . *quantùm opus est.*

Tempestate siccâ, sicco in loco suprà porphyriten (sine aquâ) levigetur, donec redacta sit in pulverem tenuissimum, nigerrimum, nullatenus splendentem, vase perfectè obturato asservandum, à quo humidum omne summâ curâ arcendum est.

AQUA STILLATITIA DE CORIANDRO.

(*Coriandrum sativum.*)

℞. Seminum Coriandri 2,000
Aquæ communis 15,000

Destillent ut artis est, donec habeantur aquæ stillatitiæ 4,000

ALCOOLATUM LAVANDULÆ AMMONIACALE DICTUM *GUTTÆ ANGLICÆ CEPHALICÆ.*

℞. Subcarbonatis Ammoniæ oleosi animalis liquidi, (seu spiritus volatilis ex bombycino filo eliciti). 128

Olei volatilis de Lavandulâ Spicâ. 4

Alcoolis (22-32.). 16

Omnia in retortam vitream immittantur, destillent leni calore;

Atque ubi primùm spherulæ oleosæ innatabunt liquori elicito, cesset destillatio. Liquor ipse in lagunculis vitreis ritè obturatis asservandus est.

CEREVISIA ANTI-SCORBUTICA, ALITER ABIETINA COMPOSITA, DICTA *SAPINETTE.*

℞. Foliorum recentium Cochleariæ unciam unam, vel. 32

Radicis Cochleariæ Armoraciæ minutìm concisæ uncias duas, vel 64

Gemmarum Pini Abietis siccatarum unciam unam, vel. 32

Cerevisiæ recenter parate libras quatuor, vel. 2,000

Conjiciantur herba, gemmæ et radix in *matratium*, superaffusâ Cerevisiâ, macerentur per biduum.

Decapuletur liquor; per chartam trajiciatur.

Sæpiùs hæc Cerevisiæ compositio renovanda est, utpotè temporis sat brevi lapsu fiet deterior.

TINCTURA ÆTHEREA DE DIGITALI PURPUREA.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum et in pulverem contritorum drachmas duas, vel. 8

Ætheris sulfurici (46° — 56°) unciam unam, vel. . . 32

Macerentur per biduum in lagunculâ ritè obturatâ; transfundatur liquor et servetur ad usum.

SYRUPI DE DICTAMO.

(*Origanum dictamum.*)

℞. Summitatum Dictami exsiccatarum et mundatarum unciam unam, vel. 32

Aquæ ejusdem Dictami stillatitiæ libras duas, vel.. 1,000

Digere balneo maris per horam unam et alteram in vase clauso.

Dein cola et per chartam trajice.

Tunc liquori adde Sacchari albi duplum et solvatur balneo maris, vase clauso.

Refrigeratus Syrupus per pannum coletur.

SULFITES AMMONIÆ.

℞. Acidi sulfurosi. . . . . Q. S.

Immitte in ammoniæ solutionem usque ad plenam saturationem. Vapora ita ut addensatur et in cristallos concescat.

MAGNESIÆ PURÆ PRÆPARATIO.

(N. R. *Oxidum Magnesii.*)

℞. Carbonatis Magnesiæ. . . . . *quantùm opus est.*

Hic exceptus crucibulo fictili, ignis experiatur vim non mediocrem, donec ità sit exustus, ut Acidi Muriatici contactu nullatenùs effervescat. Tunc frigescat, servetur in vase perfectè obturato.

His ità peractis, exclusis dissipatisque acido et aquâ, Magnesia superstes æquabit partem tertiam carbonatis adhibiti.

EMPLASTRUM EX OXIDO-PLUMBI SEMI-VITREO,

SEU *EMPLASTRUM SIMPLEX.*

℞. Oxidi Plumbi semi-vitrei (*Lithargyri*) in tenuissimum pulverem triti. 1,500

Adipis Porcini. 1,500

Olei Olivarum 1,500

Aquæ communis. . . . . *quantùm satis.*

Vasi primum immittantur Adeps Oleumque, ac deindè Oxidum; incalescant sensim, spatulâque misceantur; tùm superaffusâ aquâ, bulliant, assiduè movendo ope spatulæ ligneæ; aquæ in vapores solutæ nova identidem sufficiatur, donec solutum oxidum omninò fiat inconspicuum: tùm vase

ab igne remoto, citò concrescat Emplastrum ab aquâ separandum, cujus Massa erit 4,500.

Oxidi autem ratio erit ad Massam ut. . . . . . . 1 ad 3.

Primò selectis, ut artis est, et publicè expositis materialibus suprâ scriptis, die duodecimâ mensis septembris 1823, horâ undecimâ matutinâ, Historiam Naturalem, et omnia quae ad praxim pertinent, enarrare ac demonstrare tentabit, THEOPHILES MUIRON, *Remensis.*



CATALAUNI, apud BONIEZ-LAMBERT, Societatis Agriculturæ Typographum, viâ vulgò dictâ d'*Orfeuil*, N.° 16.